



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

6. S. Coleta Virgo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

abstinentiis, nec pœnitentiæ rigoribus. Rogemus à Venerabili Confessario; is sciens, quid conducat animæ. Corpori nihil comedamus extrà tempus ordinariæ refectionis. jejunemus hîc, ut ibi satiemur in perpetuum. Pro oratione sit Psalmus: *Deus, Deus meus! ad te de luce vigilo, sicutivit &c.* Desideranti aperietur.

## Festum S. Coletæ, Prodigiosæ Virginis ex S. Ord. S. Matris Claræ.

### EXHORTATIUNCULA I.

**S**acerdos dum sacram hostiam elevat ad aram, Coleta in lacrymas rumpitur copiosissimas. Hi fluunt rivuli, ubi fons, & Scaturigo invenitur viva fides! Fili! ah! S. Hostiam quoties aspiciimus? Sed quali spiritu? Utinam compunctionis, & amoris!

### Instructio meritoria.

Ad omnes SS. elevationes Sacrificio-  
rum ( si contigerit interesse ) statim fle-  
ctamus, & erectis manibûs, oculisque  
clausis adoremus Deum Eucharisticum,  
dicentes: *Adoro te devote latens Dei-*

*tas &c.* Jesus adest! quid aliud cogitamus?

## II.

**S**. Coleta obtinuit à Deo suo, quid. quid ab eo petiit. Fili! an nescimus, Jesum ideo remansisse in terris, ut nobis esset præstò, & auxilio? Invic nos in templis, in SS. Exercitiis &c. Veniamus! Dabit, quod sanctè & justè pe timus.

*Instructio meritoria.*

Trinam Visitationem sanctissimi instituamus! in prima vivem fidem. In secunda fiduciam firmam. In tertia charitatem efflagitemus ardenterissimam, terna vice expansis brachiis 12. Pater, & Ave cum Credo recitantes. Quod dignum, & justum est, dabit nobis. Oremus fratres!

## III.

**I**N Cultu SS. Eucharistiæ B. Coleta fuit prorsus admirabilis: ideò digna, ut ex manibus Jesu hoc caperet amoris epulum. Si vel parùm amaremus Jesus in Venerabili Sacramento, fili! illum sàpiùs etiam extra Ecclesiam piis suspi-

suspiriis, affectibus, & devotis tesseris  
per diem salutaremus, desiderantes:  
*Sitivit in te anima mea! quando ve-  
niam, & apparebo?*

## *Instructio meritoria.*

In utraque refectione spiritualem reflexè communionem instituamus, mentaliter videlicet adorandò Sanctissimum, & dicendo : *Jesu! nolo vivere sine te.*  
*Veni, & ciba, pota, ac refice me.* In te credo, spero, te amo super omnia. Recitamus & Psalmum : *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum.* Cui male, si cum Jesu Eucharistico ?

## Solemnitas Angelici Doctoris

S. Thomæ Aquinatis sideris in sancto

Dominicanorum ordine illu-  
strissimi.

## EXHORTATIUNCULA I.

Fili! sedemus in tenebris, & in umbra mortis? Quæramus solem, Veneremur S. Thomam, & illuminabit nos. Hujus sanctitate, & doctrinâ triumphat tota Ecclesia; quanto magis

## L 5                   nostra